

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XIX

urn:nbn:de:bsz:31-97032

thiolus ad lib. 4. c. 146. quod meminerim, hoc Ellebori dilutum dedimus quartanatis nostris, quin ex unica assumptione vel saltem altera, Deo juvante, fuerint ad sanitatem reduciti. *Eupatorium* siccii suffici velenenata fugantur animalia. Cervi telo vulnerati, hac devorata sanantur. *Mathiol. ad loc. cit. c. 37.* Emitus arbor est in Trachimia, ad quam appropinquantes, & eam contingentes, serpentes intereunt. *Aelian. l. 9. c. 27.* Vedit & *Strabo lib. 15.* ut hic addam, lauro persimilem, quam gustantes belluæ, abalienatæ quasi Herculeo morbo concidunt, spumante ore. In regno Tombut, quod est *Aethiopæ Occidentalis*, agreste *Feniculum* ad eam provehitur magnitudinem, ut ex eo arcus fiant. *Scalig. exercit. 166.* In Iberia cauem, dum floret, medium rustici demetunt & igni admovent. *Dalecamp. ad Plin. lib. 20. cap. ult.*

C A P U T X I X.

DE FERULA & FICU.

Ferula astuosis nascitur locis. E prima ejus getminatione, coreculum quoddam eximunt pastores, oviluteum induratum referens. Id sub cineribus assum, prius tamen charta madefacta obducunt, mox pipe- re & sale conspersum, non modo gustui gratissimus cibus, sed ad Venerem valens. *Mathiol. ad lib. 3. c. 76.* Murænis illarum natura infectissima, tactæ siquidem ea emoriuntur, *Plin. l. 20. c. 33.* Imo & ceteris jumentis præsentaneo veneno: Asinus tantum gratissima in pabulo. In *Ficu Indica* maxime admiranda est valitas. Comprehendit breviter ex *Theophrasto Scaliger. Ficus*, inquit, exilia poma habet. Ipsa se ferens vastis diffunditur ramis, quorum pondera adeo in terram incurvantur, ut anno spacio infingantur, novamque sibi propaginem faciant circa patentem in orbes quodam opere topiatio. Intra eam sepem extivit pastores opacam pariter, & munitam vallo. arbo-

NDA
minein, hoc est
eius nolis, que
ter, Deo iuste
sauri seca fefo
telo vulcerat.
in cit. c. 17. En
m appropinqu
s intererum. ob
y, ut hic addas.
bellor, abdies
, spumante un
opiz Orchestr
stur magnitudi
166. In Iberia
i dementie &
10. cap. ult.

arboris: decora specie subintuenti, proculve fornica-
to ambitu. Superiores ejusdem rami in excelsum emi-
cant, sylvestra multitudine, vallo matris corpore: ut
sexaginta passuum, pleiaque orbem colligant; um-
bra vero bina stadia operiant. Foliorum latitudo,
peltae Amazonicæ effigiem habet. Ea causa fructum
integens crescere prohibet. Rarus est, nec fabæ ma-
gnitudinem excedens. Scalig. exerc. 166. Ceterum
ficui exitium suum debet Carthago. Namque perni-
ciali Carthagines odio flagrans Cato, nepotumque se-
curitatis anxius, cum clamaret, omni Senatu, Cat-
thaginem delendam; attulit quodam die in curiam
præcocem ex ea provincia sicum; ostendensque pa-
tribus, Interrogo vos, inquit, quando hoc pomum
putatis depromptum ex arbore? Cum inter omnes re-
centem esse constaret: Atqui tertium, inquit, diem,
scitote decerpsum, Carthagine; tam prope à mutis
habemus hostem. Statim tum sumptum est tertium Pu-
nicum bellum, quo Carthago deleta est. In Hyrcania
sunt, quæ modios ducentos septuaginta singula fe-
runt. Plin. l. 15. c. 18.

CAPUT XX. DE FRAXINO, FUNGIS & FAGO.

Infensa est serpentibus *Fraxinus*, ut nullas ejus um-
bras ferre possint, vespertino quamvis longissimæ
tempore. Plin. l. 16. c. 13. Experientia sibi compre-
hensum scribit *Plinius*, si fronde ea gyro claudatur serpens
& ignis, in ignem insilire spreta fraxino. Hinc beni-
gnitas summa naturæ. Floret antequam serpentes egre-
diantur, nec ante conditos folia demittit. Vasa ex
ejus confecta ligno in usum cibi & potus, mira sple-
neticis & calculosis præstant auxilia. Dom. Zeon, l. 1.
præct. Ad aquas Scantias, ex quibus ignis profilit quan-
dam florere ex *Plinio* habemus. Plin. hist. l. 2. capi-
107. *Fungi* in Numidia tam crassi nascentur, ut
Cyno-